Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CCXXXIIII.

Propitiatam et mansuetudinem et iusticiam et deducere te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupuit rex speciem tuam. Alla: Assumpta est maria in celum gaudet exercitus angelorum. Sm lucam. In illo tempore. Intrauit iesus in quoddam castellum; et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Que etiam sedens secus pedes domini: audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine; non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha sollicita es; et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Offertorium.

Offerentur regi uirgines proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione adducentur in templum regis domino. Secreta.

Subuenias domine populo tuo sancte dei genitrix oro: quam et si propendicione carnis migrasse cognoscimus, in celesti gloria pro nobis apud te orare sentiamus. Qui cum filio iusticiam et celi. Communicantes propitiatam unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Post communionem.

Mense celestis participes effecti implorantes clementiam tuam domine deus ut qui festa beate marie dei genitricis colimus a cunctis malis immunes eius intercessionibus liberemur. Per. Infra octauas et in octauam assumptionis eadem repetitur ut in die sancto. Preter oronem in octauam. In octauam beati Laurentii martyris.

Probasti domine cor meum et uisitasti nocte igne me examinasti